



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm XXXV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96504)

tione praeambula deprehenditur, qualis fuerit mens illius, ad not. per Scrib. in c. per tuas. de condi. apposi. cui protestationi ipse Franciscus Maria assensit, prout deponunt plures testes, & maxime frater. Stephanus secundus testis, magister Alexander quartus testis, & magister Paulus Antonius septimus testis, Antonius quintus testis. & quod protestationi factae dictus Franciscus Maria consenserit, satis et colligitur ex chirographo scripto manu ipsius, iunctis dictis testimoniis, ergo illa protestatio, quae ad notitiam dicti Franciscus Mariae peruenit, & quam ipse recepit, debet intelligi repetita in contractu matrimonij postea celebrati, quia in iis, quae a consensu plurimum dependent, ut sunt contractus, protestatio, praeambula, quae deuenit ad notitiam alterius partis, & ab ea recepta fuit, intelligitur in contractu postea contracto repetita, & declarat, qualis fuerit mens, & uoluntas protestantis, ut per Bar. in l. non solum. §. morte. ff. de no. op. nun. circa si per Ant. Abb. & alios cōiter in c. cum M. Ferraricnsis. ext. de const. p. Cardi. & Abb. in d. c. per tuas. & per do. Henr. Boic. in c. conditiones. de cond. appo. in 2. col. Dicendum est igitur matrimonium postea subsequutum per protestationem praeambulam fuisse sub conditione illa contracti, & praesertim cum (ut dixi) adsint et duo testes bonae opinionis, & fama, qui deponunt de huiusmodi conditione rpe contracti matrimonij de pñti expressa, & in ore duorum et iterum uerbum. c. in omni. ext. de testi. l. ubi numerus. ff. eo. ¶ Et si diceretur, quod eo tpe, quo sponsalia sub conditione praedicta contracta fuerunt, ipsa dñs Cecilia non fuit pñs, sed ipse Magister Paulus Antonius solus cum Franciscus Maria sponsalia nomine filiae contracti, & conditionem apposuit, & propterea non potest dici conditionem ab ea fuisse in sponsalibus, & post sponsalia appositam, & sine consensu filiae per non potest illius nomine sponsalia contrahere. l. sponsalia. ff. de spons. 8 Rōdetur, quod ex quo D. Cecilia erat in potestate patris, ipse per potuit pro ea sponsalia quocunque contrahere, dummodo illa scierit, & non contradixerit, quia non contradicendo consensisse censetur. l. in sponsalibus. l. sed ea. ff. de spons. sed ipsa D. Cecilia non modo non contradixit, immo et approbavit, & ratificauit, ut per testes probatum fuit, quod sufficere uidetur, ut in l. haec ita. ff. de spons. c. 1. de despons. impu. in 6. c. 1. 30. q. 2. & c. si de despons. impu. ergo &c. ¶ Et quia ex aduerso praefatus Franciscus Maria conatus fuit per plures testes uelle negatiuam coartato loco, & tpe probare, quod eo tempore, quo matrimonium de pñti contractum fuit, conditio aliqua adiecta non fuit, sed pure, & simpliciter fuit per uerba solita inter uirum, & uxorem proferri contractum, iuxta. tex. in c. si inter uirum. extra de sponsa. prout deponere uir testes pro parte ipsius Franciscus Mariae examinati, substinendo partes D. Ceciliae rōdetur, quod ex quo plures testes pro parte sua deponunt super affirmatiua, illis plus credendum est, quam testibus contrariis super negatiua deponentibus. l. diem. §. si plures. cum ibi not. per Bar. ff. de arbi. Bal. & alij in l. actor. C. de probat. & per Scrib. in c. quoniam contra. ext. de prob. & plus creditur uni testis super affirmatiua, quam pluribus super negatiua. Bart. in l. 1. in prin. ff. de vent. in sp. Præterea ultra quod per duos testes probatum fuerit de conditione in matrimonio adiecta, sufficeret, quod ante contractum matrimonium de pñti et ex intervallo interuenit protestatio facta per ipsam D. Ceciliam, uel per eius patrem eius nomine ipsa sciente, & uolente: quae protestatio facta fuerit ipso Franciscus Mariae illam acceptanti, nec contradicenti, prout fuit per testes D. Ceciliae probatum, nam illa censetur repetita tempore, quo contractum fuit matrimonium: de praesenti, nec ab illa dicitur recessum: ergo uerum est dicere conditionem matrimonio

adiectam fuisse, ut supra dictum est. Præterea ut concordentur testes utriusque partis, qui contrarii uir, pro ut semper concordandi sunt, quoniam hoc fieri potest iuribus uulgaribus, dici potest, quod testes Franciscus Mariae, qui deponunt, matrimonium contractum fuisse pure, & simpliciter per uerba consuecta ad formam matrimonij, debent intelligi, ut uoluerint deponere tñ de ultimis uerbis à Do. Antonio Maria sacerdote pro forma matrimonij prolatis, & sic dicta illorum solum referenda sunt ad ea ultima uerba, & non ad omnia, quae ab illo sacerdote prolata fuere: quia uerum est, quod illa uerba formalia ultimo loco relata fuerunt pura, & simplicia, non tñ negant, quin prius in praefationibus potuerit conditio exprimi, & ut plerumque contingit in huiusmodi actibus matrimonialibus illi, qui sunt pñtes, & actui assistunt, magis animaduertunt ad uerba formalia matrimonij, quam ad alia praecedentia: & hoc modo possunt testes concordari, uel 3, quod testes D. Ceciliae deponant de omnibus iis, quae fuere tempore contracti matrimonij gesta, & prolata: testes uero Franciscus Mariae deponant solum de ultimis uerbis formalibus matrimonij, argum. eorum, quae uolunt Bar. Alex. & alij in l. 2. §. creditur. ff. si cer. pet. cum infinitis sim. quae allegari possent. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Protestatio etiam à parte acceptata in ijs, quae à uoluntate duorum dependent, actum contrarium postea ex intervallo factum non impedit.
- 2 Nisi protestationis uerba, tractum de futuro haberent, & generalia, ac pingua essent. & nu. 29.
- 3 Actus ex intervallo absque dubio dicitur fieri, qui sit post quinque, uel sex dies.
- 4 Matrimonium solemniter contractum per protestationem generalem, & tractum ad futurum habentem antea factam non impeditur. & nu. 7. ubi id distinguendo declaratur. & nu. 30.
- 5 Ex copula matrimonij praesumptum inducitur, licet sponsalibus sub conditione contractis facta esset protestatio, quod per subsequentem copulam matrimonium non intelligatur contractum, & quando hoc uerum sit. nu. 23.
- 6 Idem & magis, si protestatio hac praecessisset copulam sequentem post matrimonium solemniter, & per uerba de praesenti contractum. & nu. 14. 18. & 23. ubi hoc declaratur.
- 7 Protestatio generalis futurum respiciens, & derogatoria matrimonij sequentis, et uelita in causa matrimonium postea publice contractum impedit, si solum uerba apta ad matrimonium sint subsequenta, secus si ultra uerba etiam carnalis copulatiua sequuta foret.
- 8 Copula carnali quos effectus in matrimonio operetur.
- 9 Patrimonio semper in dubio indicandum.
- 10 Matrimonio, quod iure contractum, seu praesumptum dicitur, partes prauidicare non possunt.
- 11 A protestatione derogatoria matrimonij, an & quando et in foro conscientiae per copulam sequentem sit recessum.
- 12 Protestatio matrimonio aduersatiua ab utraque parte recepta, & mutuo consensu facta per uerba generalia, ac futurum respicientia, & omnem actum matrimonij, seu sponsalium praecedens consensum in futurum ita excludit, ut matrimonium postea de facto publice, & solemniter contractum non valeat, & penitus nullum dicatur, nec à copula sequuta conualidetur, aut praesumatur. nu. 14.
- Et tanto magis, si cum iuramento fuerit facta protestatio. nu. 16.
- 13 Consensus simultaneus, & liber in matrimonio pro substantia illius requiritur.
- 14 Copula subsequens quando matrimonium validum faciat, seu praesumat, & quando non. & nu. 22.
- 15 Copula sequens nihil operatur in nuptijs simulatis, uel iocosis.
- 16 Iuramentum animi deliberationem magis demonstrat.
- 17 Protestatio facta in ijs, quae à uoluntate duorum dependent, per actum contrarium subsequentem tollitur, nisi protestans non sibi simpliciter, sed alteri, cuius intererat, iurauisset.

- 18 Matrimonium quando ex copula subsequuta inferatur, non obstante protestatione contraria etiam simultanea, & quando non. & num. 23.
- 19 Protestatio derogatoria matrimonij, & ad matrimonium, & copulam futuram relativa, iusta causa metus, sequens matrimonium impedit.
- 20 Et an hac iusta causa metus probari debeat, nec ne.
- 21 Matrimonium propter iussum metum est ipso iure nullum, & invalidum.
- 22 Copula sequens voluntaria, quando matrimonij ab initio propter metum iustum, aut violentiam illatam nullum, & invalidum confirmet, & validum faciat.
- 24 Copula sequens effectum protestationis matrimonij adversatur, non tollit, ut ab ea recessum dicatur, quando partes ante omnem alium actum amoris, & libidinis causa simul coire consueverunt, & in tali coitu perseverantes ex aliqua causa ad huiusmodi protestationem devenissent, & postea matrimonium de facto contractum, & copula sequuta esset: secus si post sponsalia contracta protestatio, & copula sequuta foret. nu. 27.
- 25 Pro matrimonio presumpto in terminis c. is qui fidem. de spons. ut quis obtineat, quid probare debet.
- 26 Mens, & voluntas ex eo, quod consuetum est fieri, colligitur.
- 27 Copula post sponsalia pendente conditione interveniens reddit sponsalia pura, & effectum matrimonij operatur.
- 28 Copula sequens semper effectum matrimonij presumpti operatur, quando ex parte unius tantum, & malitiose consensus defuit.
- 29 Protestatio ab utraque parte acceptata actum contrarium ex intervallo factum cessare facit, quando ea futurum respicit, & si per verba generalia, & ampla facta non esset.
- 30 Protestatio in dependentibus a voluntate duorum actum contrarium postea factum non tollit, neque alteri praedicitur, quando ab uno tantum facta fuit, & ad alterius notitiam non pervenit, et ab altero solum animo decipiendi alium fuit facta.
- 31 Ex copula carnali voluntarie subsequuta ad perficiendum, & validandum matrimonium illa mediante, quid presumatur, et quid eo ea, non obstante protestatione contraria, effectus matrimonij operetur.
- 32 Ex copula carnali voluntaria numquid ad perficiendum, & validandum matrimonium consensus utriusque partis presumatur.
- 33 Matrimonium absque consensu vero, vel presumpto non potest dici verum contractum.
- 34 In matrimonio presumpto non utriusque partis consensus, sed unius tantum praesumitur.
- 35 Protestatio mutua contraria matrimonio contrahendo, quando verum sit, quod sequuta copula non impediat matrimonium iuris consequitum.
- 36 Fictio in equitate fundata esse debet.
- 37 Consensus ex copula ad perficiendum matrimonium, quomodo praesumatur.
- 38 Nuptiae & inuite, & iniuste malos eventus parere solent.

E P I T O M E.

MATRIMONIUM efficax, & irrevocabile factum non dici, quoniam duo iuvenes amoris, & libidinis causa ante omnem actum matrimonij, seu sponsaliorum se invicem carnaliter cognoscentes, & in tali coitu fornicatorio perseverantes, facta prius ex causa iusta metus mutuo, & cōi consensu, & cum iusto, ac per verba pignantia, & futurum respicientia protestatione contraria matrimonio contrahendo, postea infra breve tempus matrimonium per verba de presenti publice, & solemniter de facto contraxerunt, & sicut prius consueverant, etiam post se carnaliter cognoverunt, hic ostenditur.

C O N S I L I U M XXXV.

DVO iuvenes Iulius, & Menica nobilitatis, ac conditionis diversae, mutuo capti amore sapissimè clam se carnaliter coniunxerunt: re patefacta, ambo concorditer, & communi consensu iusta causa expressa per verba pra-

gnantia futurum concernentia, & cum iuramentum protestati fuerunt, prout in prima protestatione continetur: deinde per intervallum sex, aut septem dies matrimonium per verba de presenti publice, & solemniter de facto contraxerunt, & modico interveniente tempore eorum approbando priorem protestationem, simili consensu, & iusto aliam protestationem fecerunt: interim tam post primam, quam post secundam protestationem, & ante, & post matrimonium, ut supra, de facto contractum matrimonium fecerunt. Et pro parte affirmativa plura videri facere, & in primis, quod in iis, quae dependent a voluntate duorum, protestatio est a parte acceptata, non impedit actum trium postea ex intervallo factum, sensu Bar. & cōiter Doct. sequuntur in l. pacta novum. in ult. verb. ibiq; Moder. C. de pact. Bart. Alex. & alij in l. qui in aliena. §. celsus. ff. de acq. her. Bar. & Moder. in l. non solum. §. morte. in 3. & §. col. ff. de nou. ope. nunc. Nec sufficeret, si verba protestationis haberet tractum de futuro, nisi essent generalia, & multum pingua, ut fuit de mente Bar. in d. §. celsus. & ceterius post Bar. declarant Moder. in d. §. morte. in 5. col. ibi tu autem considera &c. Et si ex intervallo actus de abscq; dubio fieri, qui fit post quinque, vel sex dies, argu. l. i. §. i. & l. continuus. in prin. ff. de verb. obl. l. in duobus. in prin. l. duos. in fi. ff. de duob. reis. l. ratum. ff. de solu. & Bar. in l. legem. in ult. col. C. de pact. ¶ Secundo adduco glo. in c. tua nos. in verb. in mulierem. extra de spons. quae voluit per protestationem generalem, & tractum ad futurum habentem matrimonium postea solemniter contractum non impediri. ¶ Tertio facit glo. notab. in c. per tuas. de condi. appoi. in glo. magna. circa med. ubi si post sponsalia, sub conditione contracta facta esset protestatio, quod per copulam subsequentem non intelligatur matrimonium contractum, non tollitur iuris consequitum, quin copula matrimonium praesumptum inducat, & hoc ubi volunt omnes canonistae, & do. Anto. in c. veniens. l. 2. de sponsa. glo. i. in clem. gratiae. de rescrip. c. sollicitudinem. de appella. & argumen. eorum, quae habentur in c. cum M. Ferrarien. de constitu. Nam huiusmodi protestatio tanquam turpis, & fouens fornicationem, & non habens iustam causam non debet impedire matrimonium iuris consequitum, ut ibi per Dom. Anton. Multo magis itaque hoc dicendum est, quando huiusmodi protestatio praecessit copulam, quae matrimonium contractum solemniter, & per verba de presenti sequuta foret, quia in habentibus symbolum facilius est transitus. c. quod in dubijs cum ibi not. de consuecl. vel alt. l. in rem. §. item quae cunque. ff. de rei vend. ¶ Quarto facit doctrina dom. Ant. de But. in d. c. tua nos. de spons. ubi inquit, si quod quando praecedit protestatio generalis, & futurum respiciens derogatoria matrimonij sequentis, si ab utraque parte fuit acceptata, impedit matrimonium postea publice contractum, si non sequuta sint nisi verba apta ad matrimonium. argu. l. i. §. item si praedixerit. ff. nau. caup. stab. & eorum, quae ponit Bart. in d. l. non solum. §. morte. in materia protestationis certificatio, & per dom. Ant. & alios in d. c. cum M. sed si ultra verba apta ad matrimonium sequuta esset copula, tunc protestatio velut turpis ordinata ad inducendam copulam fornicatoriam non valeret, nec matrimonium iuris consequitum impediret: & dicunt Doct. veluti refert d. Ant. quod etiam si in casu isto protestatio esset iusta causa uestita, nihilominus ex quo ultra verba sequuta esset copula, protestatio non impediret effectum matrimonij, quoniam ut euitetur peccatum, & turpi-

turpitudine fornicationis tollatur, copula sequens operatur, ut dicatur a protestatione contraria recessum, & non obstante dissensu, qui ex ea inferebatur, partes dicantur consensisse: sed in casu nostro quauis a tunc partes mutuo consensu fecerint protestationem etiam uestitam iusta cā, & per uerba generalia, ac futurū respicientia, tñ ex quo ultra matrimonium publicè per uerba de presenti dictum sequuta fuit etiam copula carnalis, iudicandum est matrimonium ualidū, & irrevocabile: quam theoricā sequitur sollemnis doctor ultramontanus Henricus Boic in d. c. tua nos. circa finem secundæ distinctionis ex mente Hostien. ibi, ac etiam Inn. in d. c. ueniens. il. 2. qui hoc ibi uoluit, & ex mente Spec. in rub. de cond. apposi. in fi. Nā sicut copula sequens facit consensum conditionatū haberi pro puro, & præsentia ad effectū, ut dicatur matrimonium efficax dictum, non obstante etiam præambula protestatione contraria, ut per glo. & Doct. in d. c. per tuas. de cond. apposi. Item sicut purgat metum præcedentem, ut in c. consultationi. de sponf. & sicut remouet effectū protestationis factæ post sponsalia de futuro dicta. per glo. in d. c. tua nos. & tenent Doct. in c. is qui fidē. de sponf. ubi D. Ant. Henric. Boic. & Cardin. in d. c. ueniens. il. 2. ita & multo magis remouere debet, quando post protestationem mutuum dictum fuit matrimonium per uerba de presenti, & fuit carnalis copula sequuta; nam hæc duo uincula, uidelicet uerba matrimonii de presenti, & copula carnalis sub sequuta proculdubio dicuntur protestationē, omnēq; eius effectum remouere, & extinguere. arg. auth. itaque. C. commun. de successio. c. 1. de tregua & pace. Et semper in dubio iudicandū est pro matrimonio. c. si. de rei iud. c. licet ex quodam. de testi. & partes nō ualent præiudicare matrimonio, quod iure dī dictū, seu præsumptum. c. is qui fidem. cum ibi not. de sponf. sal. c. super eo. de eo, qui cogn. consangu. ux. iux. : ergo protestatio etiam mutua, siue sit relatiua ad copulam, ut in casu, quē ponunt Doct. in d. c. is qui fidē. & glo. in d. c. per tuas, siue sit relatiua ad matrimonium subsequens, ut in casu, quē ponit gl. in d. c. tua nos. sequuta copula carnali non potest effectū matrimonij, & iuris consequitum tollere, tum quia protestatio est prius facta, tum quia est nutritiua peccati, & turpitudinis per prædictā, & habetur per las. in d. §. morte. in 7. col. in prin. & in tertia conclusione. & per Felin. in d. c. cum m. in antepenul. col. vers. satis tamen &c. Immo si secundū eum ibi in vers. fallit quarto &c. etiā in foro cōscientiæ per copulā sequentem vī recessum a protestatione derogatoria matrimonij, quod tamē est intelligendum in casu, quo una pars tantum fuisset protestata, altera parte ignoratē, & sic essemus in terminis tex. & gl. in d. c. tua nos. : secus autē, si ambæ partes protestationi consensissent, seu simul protesta- te fuissent, quia tunc copula sequens non causat, nec præsumit matrimonium in foro cōscientiæ : Et hæc est mens omnium scribentium D. Ant. Abb. & aliorum cōiter in d. c. tua nos. & in d. c. is qui fidē. Et quamuis las. in d. §. morte. in 7. col. in vers. & ibi Do. Abbas &c. dicat Abbatem contrarium sensisse in d. c. per tuas. ad finem. & protestationem supradictam factam consensiente muliere matrimonium in foro cōscientiæ impedire, quando non esset copula sequuta, & sic inuat secus esse, quando postea copula sequuta fuisset, tñ si benē uerba Abb. inspiciantur, ipse loquitur non in foro cōscientiæ, sed in foro iudiciali, & ecclesiæ, prout loquitur etiam glo. in d. c. per tuas. ad cuius declarationē Abbas ponit ea, quæ is ibi dicit in uers. in glo. in uer. præsumendum &c. cuius dicta inspiciant. ¶ Præmissis tamen non obstantibus, triam sententiā arbitror de iure ueriorē esse in casu, de quo quæritur,

- 12 Et ad hoc moueor ex pluribus, & primo. Nam si quā an te omnem actum matrimonij, seu sponsaliorū præce dit protestatio aduersatiua matrimonij ab utraq; par te recepta, & mutuo consensu facta per uerba genera lia, & futurū respicientia, tunc talis protestatio facit consensum in futurū ab esse, adeo, q̄ si postea matri monium publicè, & sollemniter cōtrahatur, illud tan quā factum sine consensu simultaneo, & libero, ¶ qui pro substantia eius requiritur, ut in l. nuptias. ff. de reg. iur. c. cū locum. c. tuæ. c. tua. c. quia requisit. cum si. de sponf. sal. iuncta l. obligationū substantia. in fi. ff. de act. & oblig. dī nullum, & penitus inualidū non solū in foro cōscientiæ, sed etiam in foro iudiciali eccle sia. Ita concludunt Do. Anto. Henri. Boic. Inn. & Ho stien. in c. ueniens. il. 2. & in c. tua nos. de sponf. sal. & fa ciunt notata per Bar. in d. l. nō solum. §. morte. in d. l. qui in aliena. §. celsus. ff. de acq. hered. & in d. l. pacta nouissima. ubi Doct. post Bar. uolunt, q̄ in iis, quæ à consensu duorū dependent, si fiat protestatio genera lis, quæ habeat tractum de futuro, & fuerit ab utraq; parte acceptata, illa ita remoueat cōsensum, q̄ actus contrarius factus etiam ex intervallo tanquam factus abiq; consensu partium non ualeat. Modō si post hu iusmodi matrimonium de facto contractum sequuta fuerit copula, non debet ex ea matrimonium con ualidari, nec à iure præsumi, quia ita demum copula subsequens facit, seu præsumit matrimonium, qñ ea reperiret aliquod præcedens, super quo fundari pos set, seu quod confirmaret. Et ideo si præcedant spon salia, quæ fuerint dissoluta uel ex defectu cōditionis, ut in c. per tuas. & ibi habetur de condit. appos. uel ex eo, quod partes se abfoluerint, & illis renūciauerint, iuxta tex. in c. præterea. de sponf. sal. deinde sequatur co pula carnalis uoluntaria, matrimonium à iure non præ sumitur, quia copula non reperit aliquod præambu lum, super quo fundetur, seu quod possit cōfirmare, ut est tex. in d. c. ueniens. il. 2. & ibi oēs scribētes, & tra ditur per eos etiam in d. c. tua. & in d. c. is qui fidem. & hoc in casu per hanc rōnem non pōt subfiniri illud, quod uoluit Do. Præpos. Alex. in d. c. tua nos. in 4. col. vers. sed istud uidetur falsum &c. qui uidetur dissenti re ab eo, quod ibi uoluit Do. Ant. quia ita demum co pula carnalis matrimonium psumptū, & ualidū indu cit, qñ præcedit aliqua obligatio, sup qua possit funda ri. d. c. is qui. & d. c. ueniens. At qñ nihil præcessit, sed fuit inchoatū a protestatione generali, quæ futurū re spiciat, cui ambæ partes cōsenserunt, tñ licet postea de facto matrimonium sit dictū, tñ ex hoc nulla oritur obligatio, nec aliquod uinculum, ergo copula subsequens nihil poterit operari, quia deficit consensus, & copula nihil reperit, quod cōfirmet, & super quo pos sit fundari. Et in simili facit id, quod dī, ¶ q̄ quoties simulata contrahuntur nuptiæ, uel iocose, tñ copu la sequens nihil operaretur, ut est de mente glo. in d. c. tua. in uer. de sponsauerit. in fi. uer. & ibi Doct. maxi mē Præpos. l. obligationum. §. uerborum. ff. de act. & oblig. c. illud. 15. q. 1. c. quod ait. 22. q. 2. l. nuptiæ. ff. de reg. iur. & per Hostien. in summa, sub rubr. de matri monio. in §. qualiter. in 2. & 3. col. sed qñ præcedit prote statio simultanea expresse derogatoria matrimonij futuri, & postea matrimonium trium sequatur, profe ctō constat de aperta simulatione, q̄ de cōsensu parti ū triō apparet, ergo &c. & tanto magis hoc dicen dū est in casu nostro, in quo ultra quod partes simul, & mutuo consensu protestata fuerint, etiā iuramēto dictā protestationē firmauerunt, quo casu de animo deliberato partium magis dī constare, quod uerē no luerint matrimonium contrahere, ut per Archid. in c. quamuis. de pact. in 6. Ant. de Butr. in c. si diligenti. in 5. col. de foro cōpet. & per Alex. in rubr. ff. de uerb. oblig.

24 eandem copulam fornicatoriam ordinatus tollatur, et si talis protestatio esset cā iusta vestita, ut supra, tamen si illud, quod dictū est de copula, & de eius effectu, procederet, quoniam solum probaretur, copulam fuisse subsequatā, ut loquitur dominus Ant. & sentiant alij doctores ibi: Secus si et probaretur, quod partes prius ante omnem protestationem, & omnem alium actum ex alia causa, videlicet amoris, & libidinis consueverant turpiter se carnaliter cognoscere, & continuando in huius fornicatorio coitu ex aliqua causa in se iusta, ambo ad predictā protestationem devenissent, quia tunc sequens copula non tolleret effectū protestationis, nec operaretur, quod ab illa diceretur recessum, & consequenter ex sequenti copula matrimonium præsumptū non induceretur, ita voluit Ias. in d. l. non solum. §. morte in 7. col. dicens, se ita Patavij consuliisse: Et quāvis posset dici Ias. loqui solum in casu, quo allegaretur copula præcedens protestationem, & actum matrimonij, quia dūtaxat probaretur copula præcedens, & non sequens, ut et voluit, & declarant dom. Anton. Abb. & alij per illum textum in d. c. veniens il 2. tamen si recte Ias. verba inspiciantur, & considerentur, ipse voluit, ut supra retuli, quod dictum dom. Antonij locum non habeat, quoniam probaretur copulam non solum fuisse subsequentam, sed etiam præcessisse: Et quod hoc voluerit Ias. constat clarissimè ex ijs, quæ ipsemet voluit, reassumendo illud idem, quod voluit in dicto. §. morte, in l. pacta novissima in ultima col. ff. de pactis, ubi apertius fuit loquutus: inquit. n. ibi, & quod dictum est de copula, intellige sanè, quādo solum esset sequuta copula, secus si etiam antecessisset, secundum dominum Antonij, & Panormitam in d. c. tua nos, & in d. c. veniens il 2. in 1. no. & sic proculdubio Ias. hoc voluit: quod ait dom. Anton. quæ ipse allegat, hoc idem senserit in d. c. tua nos, patet ex verbis suis in 2. col. ibi, & in d. c. veniens il 2. in 1. no. & copula, protestatio velut turpis ordinata ad inducendam copulam fornicatoriam non valuerit: ut dixi pridie in c. veniens supra eodem, noto. n. illa verba ordinata ad inducendam copulam fornicatoriam, quæ inferunt, ita demum copulam ultra verba operari, quādo protestatio fuit cā ordinata inducendi copulam fornicatoriam: ergo secus, si non protestatio, sed inordinatus amor præcedens, ob quem ante protestationem essent soliti, & consuevi se inuicem carnaliter cognoscere, fuit causa ordinatio copula inducendi: & hoc idem sensit et ipse dom. Anton. in d. c. veniens il 2. in 1. notab. & ibi Abb. qui dicit, quod si volens obtinere pro matrimonio præsumpto in terminis c. is, qui fide debet probare sponsalia de futuro, & copulam contractam post sponsalia, alioquin si probaret sponsalia, & copulam simpliciter, non obtineret, quia posset intelligi de copula commissa ante, & post sponsalia, argu. c. in presentia de probatio. ergo inferitur, quod si copula præcedat, ac etiam sequatur, ex ea matrimonium præsumptum non inferitur: clarius tamen hoc sensit dom. Anton. in d. c. tua nos: Et quod ex consuetudine cognoscendi se carnaliter ante, & post protestationem, & matrimonium de facto contractum tollatur effectus copula præsumendi matrimonij, facit, quia ex eo, quod consuetū est fieri, colligitur mens, & voluntas. l. quod si nolit. §. qui affidua. ff. de adilit. edit. l. si servus plurium in fine. ff. de legatis 1. l. nummis. ff. de legat. 3. l. si de interpretatione. ff. de legibus, ergo si ante omnem intentionem contrahendi sponsalia, seu faciendi protestationem duo iuvenes capti amore improbo, & inordinato consuevi fuerint se carnaliter cognoscere, & semper in hac consuetudine perseveraverint, etiam post protestationem factam ex aliqua causa, & post verba matrimonij, profecto non est præsumendum, quod ipsi se inuicem copulaverint animo, & inten-

25 tione contrahendi matrimonium, & in matrimonium consentiendi, prout iura præsumunt, quando ex copula matrimonium præsumptum inducitur, iuxta textum cum ibi not. in d. c. is, qui fidem cum similibus, quoniam consuetudo se cognoscendi carnaliter, quæ habuit ortum, & perseverantiam ab inordinato, & improbo amore, facit cessare præsumptum consensum aliās ex copula resultantem, quia præsumitur ratione consuetudinis perseveratum in copula ex priori causa amoris immoderati, prout clare, & expressè bis & sæpius, ac cum iuramento ambæ partes in suis protestationibus expresserunt, atque dixerunt: quo fit, ut cum simus in claris, & certis verbis expressis, & iuratis, non debet esse locus coniecturis, & præsumptionibus iuris, quæ solum in dubiis admittuntur, ut not. in l. vnica. §. accedit. C. de rei uxoris actio. d. l. continuus. §. cum ita, & habetur per Bartolum in l. si is, qui emptore. ff. de usucapio. ¶ Nec obstat predictis text. cum ibi not. in d. c. per tuas, ubi copula præcedens, & subsequens adimplementum conditionis adiectæ ipsi sponsalibus operatur, ut dicatur contractum matrimonium præsumptum, ergo non refert, an copula sequatur, an etiam consueta sit præcedere, ut per doctores ibi, quia responderetur, falsum esse, quod ante omnem intentionem contrahendi sponsalia, seu matrimonium, & faciendi protestationem aliquam derogatoriam matrimonij, aliqui amore capti fuerint consuevi inter se carnaliter cognosci causa solum explendi libidinem suam, & capiendi fructus amoris improbi, & immoderati, & hic est casus noster, ut dictum est: aliud, quod post sponsalia sub conditione contracta sequuta fuerit copula ante, & post adimplementum conditionis, & tunc ex tali copula etiam præcedenti inferatur, & inducitur matrimonium à iure præsumptum, quia copula interveniens post sponsalia pendente conditione sponsaliorum facit conditionem haberi pro non adiecta, & consequenter reddit sponsalia pura, & ideo copula operatur effectum suum, quia reperit, super quo fundetur, & consummet, ut est text. in d. c. per tuas, & in d. c. is, qui iunctis precedentibus, ergo si copula etiam ante sponsalia intervenisset, secus fuisset. ¶ Non aduertatur etiam predictis text. in d. c. tua nos, ubi præsupponitur consensus non adesse, & tamen copula facit matrimonium præsumi in foro ecclesiæ, quia responderetur, quod ibi ex parte unius tantum defuit consensus, & ideo propositum in mente retentum nihil potuit operari. l. cū in plures. §. locator horrei. ff. loca. secundum intellectum Pet. l. si repetendi. C. de eondict. ob causam. Preterea ex parte illius, cuius defecit consensus, intervenit dolus, & deceptio, & ne ex sua malitia gloriatur, & commodum reportet, fit interpretatio contra ipsum in foro iudiciali ecclesiæ, ut ibi communiter omnes sentiunt: At in casu nostro absuit consensus utriusque partis cum iuramento, item nulla intervenit deceptio, & nullus dolus, nec aliqua ambiguitas, sed ex utraque parte intervenit protestatio iurata, & acceptata, & consuetudo fornicandi ex alia causa, quam perficiendi sponsalia, seu matrimonium, quia ante omnem intentionem protestandi, & contrahendi matrimonium de facto, & quo ad verba partes consueverunt se carnaliter coniungere: ergo his concurrentibus concludendum est, ex copula nullo modo præsumendum esse matrimonium etiam in foro iudiciali ecclesiæ, quia iura, glossæ, & doct. in casibus, quibus volunt matrimonium debere ex copula præsumi, non loquuntur in simili casu, sed in aliis penitus diversis, ut ex predictis colligitur: & ideo ex illis ad casum nostrum, in quo tot concurrunt coniecturæ, & tot alia verba ex quibus arguitur, non esse præsumendum matrimonium,

h ut

ut demonstratū fuit, nō est faciendā illatio tanquā ex penitus diuersis, c. per uenerabilem, qui fil. sint legit. l. inter stipulātem. §. sacram. uer. sed hāc dissimilia. ff. de uerborū obligatio. l. naturaliter. §. nihil cōmune. ff. de acquir. pos. quare statibus prādictis nō sunt hi iu uenes cōgendi inuitas nuptias cōtrahere, quia inuitas nuptia solēt malos eūctus habere, ut in princ. 3. l. q. 2. c. prāterea, il. 1. & c. requisitū de sponsalibus. Nec obstat supra in contrariū allegata, & primo, q̄ protestatio etiā ab utraque parte acceptata non impedit actum cōfrarium ex interuallo factū, etiā si protestatio respiciat futurū actū, nisi ea sit generalis, & facta per uerba prāgnātia, ut sensit Bar. in d. §. celsus. & expressē ponit Iason in d. §. morte. in 6. col. cū aliis: quia respondetur primo, † satis esse, q̄ protestatio futurū respiciat ad hoc, ut faciat cessare actū cōtrariū ex interuallo factum, ut uidetur uelle docto. magis cōmuniter in d. §. morte. post Bart. & in d. §. celsus. & in d. l. pacta nouissima. ubi Bartol. Alexā. Paul. de Castr. & alij docto. communiter cōcludunt sufficere protestationē habere respectum ad futura, nec ipsi requirunt, q̄ fuerit generalis, & ampla, ut colligit ex uerbis, & exemplis, quā ponit Bart. in d. §. pacta nouissima. sed solus Ias. in d. §. morte. hoc considerauit, unde sequenda est communis opinio doctorum, quicquid dixerit Ias. nec aliud uoluit Bart. in d. §. celsus, si rectē eius uerba ponderentur, dicit. n. si protestatio largior fieret, ut quia se referret ad futurū. Prāterea si uerba tam priuā, quā secundā protestationis benē animaduertantur, ultra quod expressē ad futurum se referant, ut clarissimē colligitur ex earum uerbis, ibi, & ex tunc dico, che non ē mio esser moglie, ne sposa &c. & ibi. Per se de mēsser Iulio mi fuisse facta aliqua carta di sponsalizio, & matrimonio, io intendo, & uoglio indubiatamente, & lo animo mio, & intentione ē, che detta carta non uaglia cosa alcuna, & che la sia irrita &c. & ibi, & etiamdico che detto mēsser Lorenzo ci cōstringesse a ponere lo anello nuptiale, & (come ho detto di sopra) quello, che se farà, si farà solo per euitare il pericolo &c. dicuntur etiam esse pingua, & generalia, ut ex prādictis uerbis primā, & secundā protestationis apparet, & magis, quā sunt uerba Barto, quā tanquā generalia, & ampla cōsiderat Ias. in d. §. morte. in 6. colum. & ad propositum benē facit id, quod uoluit glo. in d. c. tua nos. in glo. ibi, quod aliqui protestentur coram pluribus, quod omnia, quā dicet, uel faciet &c. ¶ Secundo principaliter non obstat ea, quā uoluit glo. in d. c. tua nos. & in d. c. per tuas. quia ex prādictis apparent nihil facere ad casum nostrum, † nam glo. in d. c. tua nos. loquitur primo, quādo protestatio facta in iis, quā dependent a uoluntate duorum facta fuit ab uno tantum, & non peruenit notitiam alterius, & fuit ab altero solum facta animo decipiendi alium, & ideo non tollit contrarium actum postea factum, ut per doct. in d. c. tua. in d. l. pacta nouissima. & in d. §. morte. ac etiam in d. §. celsus. ubi requiritur ad hoc, ut protestatio alteri prāiudicet, quod ad illius notitiam deuenit. Item in d. c. tua. cum ibi not. non ualet protestatio ad prāiudiciū matrimonij prāsumpti, quod ex copula resultat, quia fuit facta animo decipiendi mulierem, ut ibi omnes docto. sentiunt, & uolunt. Sed in casu nostro protestatio fuit recepta, immo facta ab utraque parte, & non fuit deceptoris, nec dolosa, quia scienti non fit deceptio, nec dolus, ut supra dictum fuit, ergo &c. Prāterea in terminis glof. d. c. per tuas. copula sequens reperiit sponsalia prācedentia ualida facta sub conditione, super quibus potuit fundari, & ideo protestatio nihil nocuit, ut supra latius dictum fuit. ¶ Non ob-

stant ea, quā uoluit do. Anto. in d. c. tua nos. & in d. is, qui fidem, cum quo uidentur ceteri doctores pertrahere, quia super hac doctrina do. Anto. & aliorum multa superius fuerunt dicta, ex quibus constare non aduersari casui nostro: unde ulterius nō infuso nec repeto prius dicta: ex quibus omnibus inferitur quod in terminis nostris non dicitur aliquod matrimonium ualidum, & legitimum cōtractum inter dictos do. Iulium, & Menicham, stante protestatione mutua generali, & habēte tractum de futuro, ac iura inter eos facta, & stāte cōsuetudine inuicē coe-

ADDITIO.

VTRA ea, quā dicta fuerunt circa doctrinā do. mini Antonij, & gl. in d. c. tua nos. de sponsalib. & c. per tuas de conditio. appositā ē etiā tex. in c. uenit il. 2. & c. ad id. de sponsalib. & c. significauit. de co. duxit in matrimo. quā polluit per adulter. cū alijs &c. ut dubia menti, quoad possit, satisfiat, considerandū esse puto, † q̄ ad perficiendum, & ualidandum matrimonium mediante uoluntaria copula carnali, quandoque ex copula aliquid nō prāsumitur, sed obstat solum solum remouetur, seu uitium purgatur, ut contingit, quando matrimonium fuit uolenter, seu metu contractum, & hoc casu ex copula uoluntariē subsequuta non prāsumitur consensus, quia ille addere seu interueniret, quamuis uolenter, seu per metum cum uoluntas, seu consensus coactus, uel meticulo sus uoluntas, & cōsensus sit, ut l. si mulier. §. si metu. quod. metu causa. sed simpliciter uitium uiolentia & metu purgatur, ac tollitur, & sic remanet mutua consensus liber, a quo matrimonium causatur, ut in dicto c. ueniens. & argum. d. c. ad id. cum simili quandoque ex copula uoluntariē subsequuta consensus, qui erat de futuro, prāsumitur de prāsentī ad perficiendum matrimonium, ut in d. c. is, qui fidem. & in c. ueniens, il. 2. de sponsalib. quandoq̄ prāsumitur consensus unius tantum, qui dolum, & fraudem adhibuit ad alterum, qui uerē consensit, decipiendum, ut in casu d. c. tua nos. & ibi glo. quandoque copula carnalis uoluntariē subsequuta facit consensum conditionalem prāsumi purum, ut in casu d. c. per tuas. & in casu isto, & in proximis prācedentibus protestatio contraria non impedit matrimonium, seu iuris consequutium, quoniam tanquā turpis reicitur, ut glo. in dicto c. per tuas. & in dicto c. tua nos. ibi q̄ doctores. Nam licet facta fuerit protestatio contraria illa tanquā turpis remoueat, tamen copula reperit aliquid, super quo fundari potest ad inducendum matrimonium, uidelicet uel consensum meticulo sum, aut coactum, uel consensum de futuro, uel consensum alterius partis uerum, & uoluntarium, uel consensum conditionalem, ut in casibus supra enumeratis. † Nunquam tamen reperiit, q̄ canon ad perficiendum, & ualidandum matrimonium inter aliquos mediante copula prāsumat consensum utriusque partis, alioquin sequeretur, quod absque uero consensu ex simplici copula posset prāsumi matrimonium contractum esse, contra textum in l. nuptias. ff. de regulis iuris. Similiter, quod ex copula, quā sequuta esset post nuptias simulatas, seu matrimonium iocose per uerba de prāsentī contractum, prāsumeretur. uerum, & irreuocabile matrimonium contra ea, quā uoluit glof. communiter approbata in dicto cap. tua nos. relata ad text. quē expressē contrarium sensit: similiter sequeretur, quod si inter illos, inter quos contracta erant sponsalia de futuro, ea fuissent dissoluta, deinde sequuta esse inter eos copula carnalis, ex illa prāsumeretur matrimonium, contra-

S V M M A E.

- 1 *Vivone, an mulieri quando credatur de copula carnali, & quando magis uni, quam alteri, si unus affirmet, & alter neget. & num. 7. & 11. & per totum usque in finem consilij.*
- 2 *Affinitas solum per copulam carnalem, & carnis commixtionem contrahitur.*
- 3 *Matrimonium contractum etiam per verba de presenti, sed nondum copula carnali consummatum solum vinculum, & impedimentum publice honestatis cum consanguineis coniugum inducit.*
- 4 *Vinculum, & impedimentum publice honestatis inter consanguineos coniugum dicitur a lege canonica, & a iure positivo introductum.*
- 5 *Super impedimento publice honestatis Papa liberè, & absque expressione causæ dispensat.*
- 6 *Mulier asserens se virginem, & non corruptam a viro, an, & quādo contra violentam iuris presumptionem, seu testium probationem super copula carnali possit etiam per iuramentum suum probare suam assertionem. & num. 9. & 12.*
- 8 *Copula carnalis quomodo per testes probari possit.*
- 9 *Iurare ad delationem alterius quando quis non teneatur, & quando iuramentū illud a parte de latu licitè recusetur. & nu. 10.*

EPI TOM E habetur in summano. num. 1.

CONSILIVM XXXVI.

DVBIUM est in presenti causa, si per plures testes genere, nobilitate, moribusque probatissimos, & omni exceptione maiores probatum fuit, quod Titius primus maritus, & Scia uxor ambo legitime etatis, & uiripotentes post matrimonium inter eos per verba de presenti contractum, & solennizatum, in loco secreto soli, nudi iacentes more maritali in eodem lecto saepius, & iteratis vicibus simul cubuerint ea, ut credunt, intentione, ut se invicem carnaliter cognoscere, & quorum testimonium aliqui etiam deponunt saepe audivisse praefatum Titium primum maritum dicentem, & affirmantem se praefatam Sciam coniugem carnaliter cognovisse, utrum depositiones testium huiusmodi tam claram, certam, & indubitatam carnalis copulae probationem faciant, ut licet praedicta Scia, postquam cum Sempronio consanguineo primi viro matrimonium contraxit, etiam iureiurando asseruerit, se ex complexu dicti Titij sui primi viro virginem evasisse, tamē huic etiā iuratae assertioni stare non debeat, quamvis ad fauorem secundi matrimonij rendere dicatur. Haec dubitatio penes me satis ambigua censetur, quoniam si verum magis statim esse assertioni viro affirmantis se uxorem carnaliter cognovisse, quod dicto, & iuramento mulieris contrarium asserentis: nam cum uir dicatur esse caput mulieris, sequitur, quod viro potius credendum est de copula carnali, quam mulieri dicenti se virginem evasisse, ut in c. duo pueri. c. continebatur. de desponsa. impuberum. & c. si quis acceperit. 33. q. 1. Et hoc praecipue verum videtur, cum sumus in casu, in quo mulier per aspectum corporis ex dicto plurium honestarum matronarum, & obstetricum, quae insperxerunt, corrupta censetur. iuxta tex. in c. proposuisti. de concef. praeben. & in c. causam. de probat. taliter quod ipsa amplius se virginem probare, & incorruptam se ostendere nequeat, cum iam constiterit, ut supra, illam esse corruptam, & a secundo viro cognitam, ut colligitur ex ijs, quae voluit glo. in d. cap. continebatur. quae dicit, quod de copula magis creditur viro, quam mulieri, quando mulier non probaret, seu probare non posset per aspectum corporis se virginem esse, ut quia ipsa iam filios peperisset, ad tradita per glo. in d. c. si quis acceperit. Præterea ex quo mulier statim, quo simul in eodem lecto cum viro concubuit, non proclamavit, se ipsam cognitā non fuisse, & virū esse

h 2 esse